I m

usque in exitium dulces. meisque eum
nunquam sinit curandum. sanandumque. relinquite.
Hys ille chorus increpitus deiecit humi
mestior vultum. confessusque rubore ve
recundiam limen tristis excessit. At ego
cuius acies lacrimis mersa caligarat.
nec dinoscere possem quenam hec esset
mulier. tam imperiose auctoritatis. ob
stupui. visuque in terram defixo. quid
nam deinceps esset actura. tacitus ex
pectare cepi. Tum illa propius accedens.
in extrema parte lectuli mei consedit. me
umque intuens vultum luctu esse gra
uatum atque in humum merore deiectum.
hiis verbis de nostre mentis perturbatio
ne conquesta est. Metrum secundum

## Qualiter philosophia statum Boetij deplorauit.

Heu quam precipiti mersa profundo
Mens hebet et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1583/0017
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG